



Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ
Præcones**

Stengel, Georg

Ingolstadt, 1645

§. 14. Qualibus muscis Ægyptij fuerint exagitati?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

exactos, & antiquis sedibus expulsos; nouas in Macedonia sedes à Cassandro peti-
sse. Hæc talia indicant, à paruis non par-
ua sæpe supplicia in homines erumpere,
si, quod magnitudini deest, multitudine
compensetur. Tanto etiam manifestius
potentiaæ suæ maiestatem Deus aperit,
quanto, per res paruas, maiora legitur
perpetravisse.

§. XIV.

Qualibus muscis Ægypti fuerint exagitati?

Quamobrem etiam in ipsis sese muscis
mirabilem declarat. Qui potuisset plus
quam duodecim legiones Angelorum, cō-
tra Pharaonem mittere; is ait: *Ecce ego im- Exod. 8.
mittam in te, & in seruos tuos, & in populum 21.*
tuum, & in domos tuas omne genus muscarum:
& implebuntur domus Ægyptiorum muscis
diversi generis, & uniuersa terra, in qua fue-
rint. Omne genus muscarum, ait, quarum
aliæ sunt communes; aliæ virides & fœ-
tentes, quædam valde crassæ & sonantes;
aliquæ è mortuis aquis generatæ; nonnul-
la jumenta maximè inuadunt infestant-
que; quædam etiam mortuæ virulentæ. Qua S. Hiero-
de caussa S. Hieronymus existimat LXX. nym. ep.
interpretes non vertisse κυρομύιαν, id est, 135. ad Su-
niam &
Cani-

Fretellā. *Caninam muscā*, sed *nuvouūiāv*, id est, comūia
Exod. 8. nem muscam, vt omne muscarū genus cō-
Pſ. 77. & prehendit. Sed licet LXX. interpretes tribus
Pſal. 104. locis verterint *nuvouūiāv*, *Caninam muscam*,
 nō idcirco alia muscarum genera exlude-
 runt; sed *caninam muscā* potius hominare
 voluerunt, quòd ea, propter insignem
 audaciam, violentiam, & molestiam tanto
 memorabilior, quāto odiosior esset: quip-
 pe quæ pertinaciūs inhæret acriūsq; mor-
 det. Itaque hæc plaga, vt Philo scribit,

Philol. I. fuit per animal omnium audacissimum, cym-
de vita myiam, cui veram appellationem imposuerunt
Moyſis. periti nominum, ut erant sapientissimi, compos-
 tam videlicet ē duabus impudentissimis ani-
 mantibus, musca & cane: altera vincente om-
 nes volucres temeritate, altero omnes terrestria
 quadrupedes. Accurrunt enim intrepide; &
 si quis arceat, non cedunt pernicaciter, donec
 satientur carnibus & sanguine. Ac cynomyia
 particeps amborum audacie, & mordax, &
 insidiosum animal est. Nam ē longinquo, ineli-
 morem, magno impetu aduolat, infixaq; uti-
 hæret pertinaciter. Tunc vero diris exagitata,
 multò erant molestiores, ultra natuam suam
 sanguinis, armatae diuinitus, ad ultionem
 contra homines impios.

§. XV.